

refutare ipsam dominam Lutiam tanquam senem, et sic non habere unum nec alium. Et propterea prefata domina Lutia concludendo dixit et dicit prefato domino duci Mediolani se contentam fore, quod in nomine domini procedatur cum dictis ambasiatoribus ad copulandum eam matrimonio cum prefato domino marchione Misnensi aliis non inspectis.

5 Quare prefata illustris domina ducissa, iterate replicando eidem domine Lutie sorori sue omnia suprascripta alias sibi dicta per prefatum dominum ducem Mediolani, interrogavit eandem dominam Lutiam sororem suam, si erat et est illius opinionis, cuius tunc erat, quando suprascriptam responsionem fecit prefato illustri domino duci Mediolani, vel alterius opinionis et cuius et quid deliberavit et deliberat in predictis. Ad que prefata domina

10 Lutia respondendo prefate domine ducisse sorori sue in presentia omnium suprascriptorum dixit, quod est illius opinionis, cuius erat, quando sic ut supra respondit prefato domino duci Mediolani, et quod alio non exspectato contenta est, quod in nomine domini procedatur ad fieniendum matrimonium de ipsa domina Lutia cum prefato marchione Misnensi. De quibus omnibus prefata domina ducissa et inclita domina Lutia et utraque ipsarum

15 mandaverunt nobis Iohanni de Oliariis et Catelano de Christianis notariis et utrique nostrum, ut unum et plura, si fuerint opportuna, publica eiusdem tenoris conficiamus instrumenta. Presentibus reverendo in Christo patre et domino domino fratre Petro de Candia dei gratia episcopo Novariensi et comite, illustri principe et magnifico domino domino Theodoro marchione Montisferrati, magnifico et spectabili milite domino Ludovicho domino de Montegaudio, magnifico et spectabili milite domino Antonio comite Pollentii et spectabilibus militibus domino Ottone de Mandello et domino Gasparino de Vicecomitibus inde testibus notis ad premissa vocatis spetialiter et rogatis. Quod instrumentum sigillis pendentibus suprascriptorum testium pro ipsius corroboracione fuit munitum.

(Sign. not.) Ego Catelanus de Christianis genitus quondam domini Francischini iuris-

25 periti publicus Papiensis apostolica imperialique auctoritatibus notarius scribaque prelibati illustrissimi principis et excellentissimi domini domini ducis Mediolani etc. hanc cartam michi fieri iussam rogatus tradidi et subscripsi.

(Sign. not.) Ego Ferrarius *u. s. w. wie No. 227.*

246.

30 *Papst Bonifacius IX. widerruft die dem Erzbischof Johann II. von Mainz ertheilte Vollmacht, die über die Stadt Erfurt verhängte Acht aufzuheben. Rom (s. Peter), 1399 Juni 2.*

Hdschr.: Or. Perg. Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. G pag. 597 No. 6. 14. Die Bulle an Fäden von rother und gelber Seide.

Gedr.: Beyer Urkundenbuch d. St. Erfurt 2,809.

35 *Anm.: Vergl. No. 86. 88. 150. 170 § 5. 242 § 3. v. Falckenstein Historie v. Erfurt 283. Beyer Die Hündel der Stadt Erfurt 14.*

:Bonifacius episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam.: Romani pontificis providencia circumspecta unumquemque suo iure gaudere desiderans ea, que per sedem apostolicam ex sinistra quandoque informatione in alieni iuris preiudicium facta

40 reperit, interdum revocat et annullat, prout equitate pensata ordo dictaverit rationis.